



aliqua species apparere uel insonant uoces. si ergo adam tales erat ut possit
 capere illam locutionem dei quam mentibus angelicis per suam praebere
 substantiam non dubitandum est quod eius mentem per tempus mouerit
 miro & ineffabili modo non motus ipse per tempus ei quae uale ac salubre
 praeceptum ueritatis inpresserit & quae transgressori poena debere
 tur ea ipsa ineffabiliter ueritate monstrauerit. sicut audiuntur uel ui
 dentur omnia bona praecepta in ipsa incommutata sapientia quae in a
 nimas sanctas transfert ex aliquo tempore cum ipsius nul
 lus sit motus in tempore. si autem ad eum modum adam iustus
 erat ut ei ad hoc opus esset alterius creaturae sanctioris & sapientioris
 auctoritas per quam cognosceret dei uoluntatem atque iussionem sicut
 nobis per prophetas sicut ipsis angelis. cuius ambigamus per aliquam eius modum
 creaturam e esse locutum deum talibus uocum signis que intellegere possit
 Illud enim quod post ea scriptum est cum peccassent. eos audisse uocem
 dei dei ambulantis in paradiso. quia non per ipsam dei substantiam sed per sub
 ditam ei creaturam factum est nullo modo. dubitat quisquam catholicae
 sapientiae. adhuc enim & aliquanto latius de haec recte rere uolui quia non
 nulli haec dicunt substantiam filii dei nullo ad summo corpore per ipsam
 esse uisibilem. & ideo ante quam ex uirgine corpus acceperet ipsum uisum
 esse patribus opinantur tanquam de solo deo patre dictum sit. quem ne
 mo hominum uidit nec uidere potest quia filius uisus sit ante acceptam
 seruam formam & iam per ipsam substantiam suam quae impudens procu
 la catholice meretur repellenda est. sed de hoc plenius alius ratio pla
 cuerit differemus nunc terminato isto uolumine id quod sequitur
 quo modo sit mulier ex uirgine latere creata in consequentis perandum est.

EXPLICIT LIBER OCTAVOS AUGUSTINI DE GENESI AD LITTERAM

INCIPIT LIBER NONVS

ET DIXIT DOMINUS DOMINUS NON BONUM EST ESSE HOMINEM